



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

18. An sit arbitrio DD. Inquisitorum, quando delictum est vehementer
indiciatum, procedere ad poenam extraordinariam, vel ad torturam? Ex p.
4. tr. 6. res. etiam 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

per el dicho articulo à otra persona, porque ellos quisa no lo fapran bien hazer, d seran impedidos, debenn mirar que ta tal persona, à quien l'fusodicho se comietiere sea hombre entendido y fiel, y de buena fama y confientia.] Sic ibi & ad ornatum supradictorum verborum vide Pegnam in director. Inquis. part. 3. commen. 39. num. 151. lit. B. ubi sic habet. Non modò ad pronuntiandum tormenti sententiam intervenire debent Episcopus, & Inquisitores, verum etiam ad executionem ejus, nisi per infirmitatem, aut aliam justam causam alter excusaretur, quod ubique videtur observandum. Ita ille.

3. Et ideo quoddam supra determinatum est in supradicta instructione Hispanensi, postea etiam determinatum fuit in instructione Toletana anno 1561. num. 48. ubi statuitur: [Al pronunciar de la sententia de tormento, se hallen presentes todos los Inquisidores, y Ordinario, y assi mismo à la execution del, por los casos, que pueden suceder en ella, en que puede ser menester el parecer, y voto de todos sin embargo, que en las instrucciones de Sevilla del anno 1484. se permitia, que la execution del tormento se pueda subdelegar, porque esto que aqui se ordena parece cosa conveniente, quando alguno de los dichos Iuezes no se excusasse por enfermedad bastante.] Sic ibi. Quod autem dicitur de infirmitate, dicendum est etiam de alia justa causa; ut tenet Pegna loco cit. Et tandem hic non desinam adnotare ea, quae dixit circa praesentem quaestionem Simanca in enchir. cap. 52. n. 28. ubi ita ait: Inquisitor ipse adesse debet quaestioni, quia plurimum in excutienda veritate etiam vox ipsa affert, nam ex sententia, & ex eo, quae quis constantia, quae trepidatione quid diceret, quaedam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt; nemo autem praesens debet esse quaestioni praeter iudices, tabelliones, atque tortores. Sic Simanca. Et hoc ultimum determinatur etiam in d. instruct. Toletana, numer. 55. ubi sic habetur. [Al tormento no se deve hallar presente persona alguna mas de los juezes y el Notario, y ministros del tormento.] Sic ibi. Quod etiam ex multis probat Suarez de Paz in praxi tom. 1. cap. 3. part. 5. §. 12. num. 84. & Villadiego in polit. c. 3. n. 315.

RESOL. XVIII.

An sit in arbitrario DD. Inquisitorum, quando delictum est vehementer indicatum, procedere ad poenam extraordinariam, vel ad torturam? Ex part. 4. tract. 6. Ref. etiam 18.

Sup. hoc sup. §. 1. ex ref. 1. lege doct. §. Nota etiam & aliter Ref. ejus

Aliqui viri docti ex collegis in hoc sacro Tribunali saepius affirmativam sententiam docuerunt; ego vero negativam semper adhaesi, & modò adhæreo, ex sententia Baldi, quem referunt & sequuntur duo praestantissimi Doctores Hispani, Greg. Lopez & Anton. Gomez, hic tom. 3. var. cap. 12. num. 26. ille vero in part. 7. tit. 1. l. 26. ver. duda, quorum sententiam amplectendam esse docet novissimè Thom. Sanchez in opusc. tom. 1. lib. 3. cap. unic. dub. 12. num. 4. ubi sic ait: Quando iudex habet indicia urgentia contra aliquem in criminalibus, & ipse reus neget delictum, non est in arbitrio iudicis procedere ad torturam, vel ad poenam aliquam extraordinariam; sed si reus est persona, quae potest torqueri, de jure tenetur iudex procedere ad torturam, ut comperta veritate possit iudex poenam ordinariam damnare reum, vel absolvere, quia hoc medium jure statutum est ad extorquendam veritatem, ledictum, ff. de quest. & intelligitur conclusio, servatis omnibus requisitis ad torturam. Ita ille, & ego, quae quidem opinio magis amplectenda videtur in

nostro sacro Tribunali in quo non solum intenditur poena reorum; sed etiam emendatio; & veritatis ad eorum salutem indagatio, quae sola tortura haberi potest: ergo ad eruendam veritatem, necessitudo danda erit, ita ut rei confitendo errores, convertantur & vivant, ut bene docet Simanca in enchirid. cap. 52. num. 4.

2. Non desinam tamen hic adnotare, Menochium, virum quidem doctissimum, de praesumpt. lib. 1. §. 92. num. 3. existimare hoc totum iudicis arbitrio relinqui, ut pro ipsorum indiciorum, & praesumptionum qualitate, ac pro conditione personae arbitretur, an damari aut torturæ subijci debeat reus, vide etiam Cameram in qq. crim. c. 2. de probat. per testes, quasi. 1. n. 31. in fine.

RESOL. XIX.

Quomodo Inquisitores debeant interrogare reos in tortura? Ex p. 4. tr. 6. Ref. etiam 19.

Ad hunc casum ita respondet Io. Rojas de heret. part. 2. num. 295. Inquisitores fidei caute in tortura reos interrogent, ne occasio mentiendi contra se, & alios detur, ideo generaliter, & non particulariter, vel nominatim sunt interrogandi, videlicet ut veritatem dicant de omnibus, de quibus sunt accusati, & fuerunt, & nullo pacto fallum contra se, vel alios proferant, nam si particulariter interrogantur de re aliqua, vel persona, esset potius ad fallum incitare, & suggerere, quam inquirere. Ita ille, cui adde Suarez de Paz in praxi tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. num. 92. Mirandam in ordine iudic. tom. 2. quæst. 26. art. 15. concl. 7. Simancam in Cathol. instit. tit. 65. n. 37. & seq. & ideo sapienter in nostra instruct. Toletana an. 1561. num. 49. sic statuitur. [Al tiempo que la sententia de tormento se pronuncie, el reo sea advertido particularmente de las cosas, sobre que es puesto à question de tormento, pero despues de pronunciada la sententia no se le deve particularizar cosa alguna, ni nombrarle persona de los que parecieren culpados, o indicados por su proceso, y en especial, porque la experiencia ensena, que los reos en aquellaagonia dicen qualquier cosa, que les apunten, de que se sigue perjuizio de terceros, y ocasion para que reboquen sus confesiones, y otros inconvenientes. Ita ibi sapienter, ut dixi, & sanctè.

RESOL. XX.

An Inquisitores debeant admittere appellationem rei à sententia torturae? Et aliqua alia circa appellationem rei notantur? Ex p. 4. tr. 6. Ref. etiam 20.

Respondeo affirmativè ex l. 2. Cod. de appellat. Superius recipien. & l. penult. C. quorum appellat. non recit. in causis punitur, nisi appellatio esset frivola & calumpniosa. Et si talis appellatio non recitatur, non est appellatio, nam in tali casu possunt illam rejicere, & ea non obstante ad ulteriora procedere absque attentatorum vitio, ut in facti contingentia, me consulente cum DD. Collegis in sacro Tribunali, anno praeterito factum fuit, rejiciendo appellationem cujusdam rei tanquam frivola; quando verò dicatur appellatio frivola, remittitur arbitrio Inquisitorum, per ea, quae adducit Soula in Aphorism. lib. 2. cap. 35. num. 6. Simanca in Enchirid. tit. 52. num. 11. & in institut. Cathol. tit. 65. num. 2. Suarez de Paz in praxi tom. 1. part. 5. §. 12. num. 81. Sanchez in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 3. dub. 15.